Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8340
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



Dnica prima post octam pnat. lcō e. b. Johis apli.

Mi. Deus caritas est. In hoc apparuit caritas
dei in nobis. quoniam filium suum unigenitum misit deus
in mundum. ut viuamus per eum. In hoc est caritas quasi
nos dileximus deum. sed quoniam ipse prior dilexit nos.
et misit filium suum propiciationem pro peccatis nris. Karissimi.
si sic deus dilexit nos. et nos debemus inuicem diligere.
Deum nemo vidit unquam. Si diligamus inuicem.
deus in nobis manet. et caritas eius in nobis perfecta est.
In hoc intelligimus quoniam in eo manemus et ipse in nobis.
quoniam de spiritu suo dedit nobis. Et nos vidimus et testificamur.
quoniam pater misit filium suum saluatorem mundi.
Quisque confessus fuerit quoniam ihesus est filius dei. deus in eo
manet. et ipse in deo. Et nos cognouimus. et credidimus
caritati quam deus habet in nobis. Deus caritas est. Et
qui manet in caritate. in deo manet. et deus in eo. In hoc
perfecta est caritas nobiscum. ut fiduciam habeamus in
die iudicii. quia sicut ille est et nos sumus in hoc mundo.
Timor non est in caritate. Sed perfecta caritas foras mittit timorem.
quoniam timor penam habet. Qui autem timet.
non est perfectus in caritate. Nos autem diligamus deum.
quoniam deus prior dilexit nos. Si quis dixerit quoniam diligo
deum et fratrem suum oderit mendax est. Qui enim non di-
ligit fratrem suum quem vidit. deum quem non videt quo-
modo potest diligere. Et hoc mandatum habemus ab eo.
ut qui diligit deum. diligat et fratrem suum. sdm lucam.
Illo t. Dixit dns i. d. s. Homo quidam erat dives.
et induebatur purpura et bisso. et epulabatur quotidie spe-
lendide. Erat autem quidam mendicus nomine lazarus. qui ia-